Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



BOLE

245

et redundabit in labris tuis. ut sit in
domino fiducia tua. unde et ostendi
eam tibi hodie. Ecce descripsi eam tibi
triplici in cogitationibus et scia. ut ostendere
rem tibi firmitatem et eloquia veri
tatis reddere eis qui miserunt te.
Non fames violentiam pauperi quia
pauper est. neque arras egenum impe
ta. quia dominus iudicabit causam
eius. et affligit eos qui affixerunt animam ei.
Noli esse amicus hominis iracundi. nec
ambules cum viro furioso. ne forte
discas semitas eius. et sumas scandala
animae tuae. Noli esse cum his qui
defigunt manus suas. et qui iniectis
se offerunt pro debitis. Si enim non est
unde reddat. quid causae est ut tollat
operimentum de humero tuo. Ne transgre
diaris finiros antiquos. quos posu
erunt patres tui. Vidisti virum velocem
opere suo. coram regibus stabit. et non erit
ante ignobiles. XXIII.

Quando sederis ut comedas cum
principe. diligenter attende
quae posita sunt ante faciem
tuam. et statue cultrum in gutture tuo.
si tu habes in potestate animam tuam.
Ne desideres cibos eius. in quo est pa
nis mendacii. Noli laborare ut di
tiris. et prudentiae tuae pone modum.
Ne erigas oculos tuos ad opes quas
habere non potes. quia facient sibi pen
nas sicut aquilae. et volabunt in celum.
Ne comedas cum homine invidio
et ne desideres cibos eius. sicut enim
existimat in animo suo. comedite et bibite dicit tibi.
et mens eius non est tecum. Cibos quos
comedisti evomes. et perdes pulchros
sermones tuos. In auribus insipientium
ne loquaris. quia despicient doctri
nam eloquii tui. Ne attingas fini
nos pueros. et agrum pupillorum ne
introeas. Propinquus enim cor for
tis est. et iste utilitabit vera te causa.
cor. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum.
et aures tuae adhibe sapientiae. Noli sub
trahere a puero disciplinam. si enim
percusseris eum virga. non morietur.
Tu percutiens eum virga. animam
eius de inferno liberabis. Fili mi si sapi
ens fuerit animus tuus. gaudebit meum
cor meum. et exultabunt renes mei.
cum loquta fuerit rectum labia tua.
Non emulentur cor tuum peccatores.
sed in timore domini esto tota die. quia
habebis spem in novissimo. et petitio
tua non auferetur. Audi fili mi
et esto sapiens. et dirige in via animum
tuum. Noli esse in numero potatorum.
nec in conviviis carnes
adhibentium. Quia vacantes
potibus et dantes symbola consumun
et vestientur pannis dormitatio. Au
di patrem tuum qui genuit te. et ne
despicias cum senuerit mater tua.
Veritatem eme. et noli vendere sapien
tiam. et doctrinam et intelligentiam.
Exultat gaudio pater iusti. qui sapi
entem genuit laetabitur in eo. Gaudeat
pater tuus. et mater tua. et exul
tet quae genuit te. Praebe fili mi cor
tuum mihi. et oculi tui vias meas cus
todiant. fovea enim profunda est
meretrix. et puteus angustus est alie
na. Insidiatur in via quasi latro.
et quos incautos invenerit interficit. cum
ve. cuius pater ve. cui rixae. cui fovea
cui sine causa vulnera. cui suffusio
o oculorum. Nonne his qui morantur
in vino. et student calicibus epotandis.
ne intueris vinum cum flavescat. cum
fulgebit in vitro color eius. Ingre
dietur blande. sed in novissimo mor
debit ut coluber. et sicut regulus venen
a diffundet. Oculi tui videbunt ex
traneas. et cor tuum loquetur perversa.
Eris sicut dormiens in medio mari.
et sicut sopitus gubernator amisso cla
vo. Et dices. verberaverunt me. et non dolui.